



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cogitationes, Sive Considerationes Christianae Pro
singulis Anni diebus**

Complectens Januarium, Februarium, Martium

Nepveu, François

Monachii, 1709

Dies 4. De fine hominis. Necessarium est, ut homo Deum glorificet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60495)

Februarius. Nemini dedit spacium peccandi. *Ecclesiast.*
a. 21.

Nihil nobis sit omne, quod transit.
Aug.

D I E S IV.
De fine Hominis.

Necessarium est, ut homo DEUM glorificet.

I.

A Deo Necessarium est, ut Deum glorifices; ut non solum Deus hac necessitate & absolvere te nequeat; sed nec tu ipse, quantumvis liber sis, eam eximere te possis. Si non sponte tua eum glorificas, invitus eum glorificabis: si eum non glorificas, ejus voluntati te submittendo, ejus leges observando glorificabis eum invitus, paenitentia subijciendo, quibus eos castigat, qui leges suas violant. Glorificabis Deum, inquit S. Augustinus, aut faciendo, quod ipse vult, aut patiendo, quod tu non voles.

II. Damnatorum manes in inferis media inter tormenta Deum glorificant. Eorum ululatus, atque ipsae eorum blasphemiae mirificè, sed modo prorsus inusitato, cum omnibus Creaturis ad Deum glorifi-

can-

candum & prædicandum conspirant. Ig- Februarius.
nis inferni, quantumvis tenebricosus sit, ejus gloriam illustrat; dum manifestas ipsius perfectiones; ipsius sanctitatem per terribilem oppositionem, quæ ipsum inter, & peccatum invenitur; ipsius justitiam per horrendas vindictas, quas de eo sumit; ipsius potentiam, & sapientiam, dum invenit modos tam inauditos, infortunatos hos puniendi, & torquendi spiritus per actiones à causa corporea proficentes. *Quis, O Domine novit potestatem ire tuæ?* Nihil melius me docet, quam infernus, quid sit Deus, & quid sit, eum offendere.

III. Itaque necessarium tibi est, ut gloriæ Dei promovendæ studeas, aut ejus justitiam, aut Misericordiam, extollendo, aut lubenti animo ejus legi te submittendo. vel ejus vindictis nolens volens te subjiciendo, vel eum laudando, eum amando, eum in cælis possidendo vel patiendo, rabiæ insaniendo, eumque blasphemando in inferorū cruciatibus. Hæc tibi necessitas incumbit, alterutro modo Deum glorificandi; uter horum modorum tibi melior viderur? tuum est eligere. Ah! ánne deliberatione opus est?

Conscientiam tuam in Consilium voca, ut ex ea queras, quem in modum glorificare DEUM malis?

Psal. 89, v.

11.

Februarius. malis? an divinis ejus legibus te submittendo,
an pœniste subiriendo, quibus eos excipit, qui
leges ipsius violant.

Notum fac mihi finem meum, ut sciam,
quid desit mihi. *Psal. 38. v. 5. & 6.*

Aut facies, quod vult DEUS, aut pa-
tieris, quod non vis. *Aug.*

DIES V. De abusu Gratiarum.

I.

Nihil magis necessarium est, quam gra-
tia, & nihil magis negligimus. Ni-
hil ea pretiosius est, & nihil magis con-
temnimus. Minima gratia plus valet,
quam omnia bona, quam omnes volunta-
res totius mundi: si haec omnia conjunctim
imponerentur uni parti bilancis, & alteri
gratia, haec illis præponderaret. Et ta-
men quotidie huic præferimus turpem vo-
luptatem, lucrum vilissimum. Quam
horrendus contemptus! Haec omnem DEI
sanguinem valet. Necessarium fuit, ut
ad eam promerendam vitam suam expen-
deret. Quando igitur gratiâ abutimur,
sanguinem Christi pedibus conculcamus.
Quanta prophanatio! fructum mortis ipsius
non tantum nobis inutilem, sed & fune-
stum